

non potest de hoc cognoscere; sed debet agere contra me-
coram Archiepiscopo i. Modò queritur utrum iste Episcopus
possit de hoc cognoscere nec ne. Questio stat in hoc, utrum
illa dicatur sua causa. Innocentius videtur dicere in d. c. ex
parte, quod non possit cognoscere. Canonice tenent com-
muniter contrarium, quia ista non est causa personæ, sed
Ecclesiæ & utilitas principaliter respicit Ecclesiam, & ideo
Episcopus potest esse iudex, cognitor & determinator hu-
jus litis, ut notat Host. & Joan. Andr. in d. c. ex parte,
post Innoc. & adde quod notatur extra de appell. c. Dilec-
tis, & in c. Dilectus de penis, per Innoc. & in §. Se-
quitur in Speculat. de iudice delig. Hactenus verba Bald.
Verumtamen est Episcopus iudicare possit in causa Eccle-
siæ, nihilominus ad omnem suspensionem vitandam me-
litus est, ut id expediat per delegatos, ut innuit textus in
d. c. cum persona, §. Si autem, ibi, vel delegatis ab eis
viris prudentibus de privil. lib. 6. cap. si quis de foro comp.
& l. Prætor, ff. De iurisd. omni. iudic. & notat gloss. in
d. §. Si autem in ver. Ordinarius, & gloss. 1. in d. c. cum
venissent de iudic. que ibi à scribentibus communiter ap-
probatur. Quinimo si vellet per seipsum cognoscere causam
Ecclesiæ, vel injuriam tangentem principaliter dignitatem
suam, quia in consequentia tangit eum, possit recusari ut
suspectus; ita notabiliter conel. Cuius post Petr. de Bella-
pert. in l. Unic. C. Ne quis in sua causa, & Cuius quando
injuria principaliter tangit dignitatem. Ad hoc bonus tex. in
c. Insinuante de offic. Deleg. ubi recusat consanguineus
Prælati in causa Ecclesiæ sue, fortius ergo potest recusari
ipse Prælati. Idem post Paul. tenet Abbas in d. c. cum
venissent n. 9. vers. aut causa principaliter de iudic. dicens
hoc esse valde æquum, ut lites sine omni suspitione pro-
cedant, c. Quod suspensus 3. q. 5. & l. apertiissimi, & l.
eum specialis, C. De iudic. Nam videmus iudicem ex fa-
cili causa recusari; ut notatur in c. cum R. Canonici
de off. delegat. Unde & Canonici potest recusari in causa
Concanonici, ut ibi: Ergo longe magis Prælati in causa
Ecclesiæ, cum major sit conjunctio inter Prælatum & Ec-
clesiam suam, quam inter Canonicum & Concanonicum,
ut legitur, & notatur in cap. Relatum, il. secundo de
reclam. in cap. final. 22. q. 5. & in cap. de pen. Et hanc
opinionem dicit esse veriorum Philip. Franc. in c. Postremo
num. . . . vers. Quinò queritur de appellat. Licet con-
trarium tenuerit Speculat. in tit. de iudic. delegat. §. Su-
perest num. 9. vers. Quid si Prælati alienius Ecclesiæ.
Sed primum verus & communis, ut testatur Dec. in
dicto cap. postremo num. 31. & Speculatorem reprobant
Joan. Andr. in additione littera Y. & in dicto cap. Insu-
nante in gloss. Hoc videtur de offic. Deleg. De quo tamen
articulo dic plenus, ut per Dec. ubi supra n. 30. & Capyc.
d. dec. 127. n. 1. cum pluribus seqq.
In causa autem propria planum est inferiorem à Papa regu-
lariter iudicem esse non posse; & ita procedit textus in
l. 1. cap. Ne quis in sua causa: cum alis supra in con-
trarium allegatis num. 7. Ad idem textus in l. Qui juris-
dictioni, ff. de iurisdic. omni. iudic. & notat gloss. in d.
c. cum persona, §. Si autem in ver. ordinarius de privi-
leg. lib. 6. & hanc regulam negativam in inferiore à Pa-
pa constituant Gemin. in cap. 1. col. ult. vers. 2. causa
principalis de pen. lib. 6. Decius post alios in dicto c.
cum venissent num. 45. de iudic. ubi d. num. 48. limitat
hanc regulam quatuor modis licet contrariam regulam af-
firmativam in Papa constituant gloss. 1. in dicto cap. cum
venissent; & post eam Abbas ibi num. 6. vers. & sic
concludendo; & Dec. n. 30. & Gemin. d. cap. 1. col. 2. post
med. vers. Aut querimus de Papa, de pen. lib. 6. nisi ve-
lit causam propriam alteri delegare, quod consultius & ho-
nestius est, ut dicit prædicta glossa & Dec. post alios n.
33. & arg. cap. nos incompetens in princ. 2. quest. 7. &
l. nec quidquam, ff. de offic. proconsul. & sic obtinet de
consuetudine, quia Papa huiusmodi causas delegat aliis,
teste Innocentio in cap. ex parte num. 2. in fin. de verbor.
signific. Quid si causa spectat ratione Ecclesiæ ad mensam
ipsius Prælati, numquid in ea possit Prælati esse iudex?
Respondet non, quia tunc causa propria videtur, & facta
est suspectus, ex quo commodum, vel incommodum ad
eum pertinet, c. Biduum, ibi, & palam est eam propriam esse
causam, cuius emolumentum, vel dampnum ad aliquem suo
nomine pertinet 2. q. 6. & quemadmodum eo casu non pos-
set autoritatem interponere, quia videretur autorizare in
facto proprio, Clem. Si una de rebus Eccles. non alien.
ita nec videtur: & ita firmat in d. cap. cum venissent
de iudic. Collect. num. 2. vers. Quid sit dicendum Bellam.
num. 2. Butr. num. 9. vers. in fin. si causa spectat ad men-
sam; Abbas num. 9. vers. Item si causa spectat, & Dec.
num. 55. Gemin. in dicto cap. 1. col. final. post princip.
vers. possit tamen isto casu distinguere, de pen. lib. 6. Bald.
in cap. lit. ras num. 1. vers. Sed nonne Episcopus potest
presumptis ubi ait Episcopum non iudicare quando

tactatur de proprio quest. honorum, l. De iure in princ.
ff. ad municipal. & ibi optima gloss. in ver. Provincia, Abb.
in c. Venerabili num. 3. in fin. de censu. qui similiter
limitat conclusionem, quod Prælati possit esse iudex in
causa Ecclesiæ sue, ut locum non habeat si commodum
sibi applicandum. Notò in tali causa Prælati nec potest
esse testis, ut notat Innocentius in cap. Insuper num. 3.
de testib.
Limitant prædictam conclusionem Collect. Bellam locis
citatis, nisi notorium sit bona ad mensam Prælati pertinere,
quia tunc Prælati bene potest esse iudex, ut patet ex
notat per Innoc. & Hostiens. in c. ex parte de verbor.
signific. ubi dicunt Episcopum esse iudicem in facto pro-
prio, vel causa propria, cum notorium est jus Episcopi
& eos sequitur Federic. de Senis in cons. 138. Benedic-
tus Episcopus num. 6. in fin. vers. & optime facit. Ad
idem Cader. cons. 120. aliis 6. de iudic. & foro compet.
ubi tenet Episcopum posse iudicare in causa lue Ecclesiæ
& mensæ, quando habet fundatam intentionem de iure
communis, quia tunc propter notorietatem excommunicat
subditum propter denegatam procuracionem sibi debitam
ratione vilitationis. Et idem si occupat Ecclesiam, vel quid
simile. Tu verò dicas in his casibus Prælatum non iudic-
care, nec procedera judicialiter cognoscendo; sed extra-
judicialiter ad defensionem iurium, que notorium est perti-
nere ad Ecclesiam, vel mensam Prælati. Unde non ut
iudex, sed ut pars, seu executor penæ uti potest gladio
spirituali, sicut & materiali in eum, qui iniuriose iura,
vel bona Ecclesiæ, vel Prælati occupat, seu retinet: &
ita loquitur Innocentius in d. c. ex parte num. 3. vers.
Etsi ipe Prælati, Turrecrem. in d. cap. si quis erga 2.
quest. 7. num. 6. & ibi etiam Gemin. num. 3. &
Præpol. num. 5. & latissime prosequitur idem Innocen-
tius in sua celebri & intricata gloss. quam posuit in cap.
Venerabili, de censu. & resumptit Hostiens. in cap. Procu-
raciones, eodem tit. & ibi dixi à num. 27. usque ad num.
49. & ad hanc limitationem vide plures declarationes,
quas ponit Abbas in d. cap. cum venissent, num. 10. vers.
& hæc verò, & Dec. d. num. 48. de iudic. Stat igitur
conclusio quod Episcopus in causa mensæ non potest esse
iudex.
Sed quid in Vicario Episcopi? Dic ut in subiecta de-
claratione.
Conquerente Cardinali Borromæo, quod cum mensa Ar-
chiepiscopalis Mediolani diversos haberet debitores emphi-
teutas, conductores bonorum, & cenitarios, quos siepi
in iudicium vocari contingit; ipsi cum vocantur coram
Vicario Archiepiscopali, eum suspectum allegant sui præ-
textu, quod cum in causa lue mensæ Archiepiscopalis tan-
quam in re propria dicitur suspectus, etiam eius Vicarius
idem Tribunal faciens reddatur suspectus; ideoque cum
remedium peteretur à sacra Congregatione Concilii, Cong-
regatio censuit referendum sanctissimo, quod quando Vi-
carius suspectus allegatur, detur ei Adjunctus, vel De-
legatus ab Archiepiscopo, nullo autem modo detur Con-
servator. Quod si impedimentum in hoc fiat iudicibus
secularibus, tunc clarius exprimentum ut provideatur;
causæ enim huiusmodi ad forum Ecclesiasticum spectant,
quando isti conveniunt super rebus, quas ab Ecclesia ten-
nent Speculat. de compet. iudic. adit. §. 1. vers. 27. Abb.
in cap. nullus, num. 6. de foro compet. & in specie de
bonis feudalibus concessis ab Ecclesia, quando ad eam
reversa pretenduntur, Alex. cons. 79. lit. 1. Obstat tamen
quod licet Episcopus possit esse iudex in causa Ecclesiæ
sue, Bart. & Bald. in l. 1. c. Ne quis in sua causa.
Bernach. de Episcopis, in 5. p. 5. lib. quest. 8. num. 12.
Dec. in cap. cum venissent, num. 6. de iudic. tamen si causa
ratione Ecclesiæ spectat ad mensam Episcopi, quia factus
est suspectus, ex quo commodum, vel incommodum ad
eum spectat, non potest esse iudex, Abb. in d. cap. cum
venissent, num. 19. & ibi Dec. num. 6. Sanctissimus audita
relatione Congregationis dixit interrogandum procuratorem
Cardinalis Borromæi, an fiat aliqua controversia à Tribu-
nali seculari: si dixerit fieri, superlegendum; si dixerit non fieri,
sed tantum à partibus allegatur quod Vicarius est sus-
pectus ea sola ratione, quia iudex in causa propria sui
Episcopi, cuius est idem Tribunal: tunc procurator scribat
Cardinali, placere Sanctissimo quod det Vicario suo Ad-
iunctum confidentem debitori convento; & dicatur etiam
illi causas istas esse proprias fori Ecclesiæ, & iudicem Ec-
clesiasticum esse iudicem esse ordinarium, cui, quando
allegatur suspectus, datur adjunctus. Hactenus verba de-
clarationis.
An autem hoc vindicet sibi locum ubi viget contraria
consuetudo, patet ex dicendis in questione sequenti.
Supposita immemorabili consuetudine Ecclesiæ Pisanæ,
secundum quam in causa mensæ Archiepiscopalis & in qui-
bus agitur de interesse Archiepiscopi, illius Vicarius tam

quæ passivè ad infantiam proceratoris fiscalis, seu
Sindici ejusdem mensæ contra laicos procedit, causaque
hujusmodi in prima instantia cognoscit ac terminat: consu-
lit Archiepiscopus Sac. Congregationem an sibi liceat lai-
cos in prædictis causis mensæ Archiepiscopalis coram suo
Vicario convenire. Videtur respondendum licere: Nam
etiam Episcopus non sit iudex competens in causa sue
mensæ, ut abundè ostensum est supra n. 18. & n. 21. &
in his casibus si Vicarius recusetur, sit et dandus adjunctus,
ut olim jussit observari Gregorius XIII. in causa mensæ
Archiepiscopalis Mediolanensis, pro qua S. Carolus S.
Congregationem consuluerat secundum ea, que supra pro-
ximè dicta sunt: tamen hæc regula fallit in illis Ecclesiis,
in quibus Episcopi ex antiqua consuetudine præscripserunt
hujusmodi causarum cognitionem; eo enim casu Episcopi
bene possunt esse iudices in causis concernentibus tuum
proprium interesse, ut probat tex. in cap. 1. ibi gloss. in
ver. Puisse, de pen. lib. 6. Host. in Summ. tit. de sent. &
Proprius ordinarius, col. 2. & 3. Gemin. cons. 114. in fin.
Natt. cons. 294. n. 2.

Ratio est, quia consuetudo potest tribuere iurisdic-
tionem aliis non habenti, cap. Si clericus Laicum, de
foro compet. & cap. cum contingat in fin. ubi gloss. in
ver. Vel consuetudine de consuetud. lib. 6. Gemin. in cap.
1. in princip. in 4. notat. de pen. eod. lib.
Quod multò magis videtur admittendum hoc casu, tum
quia consuetudo supponitur esse immemorabilis, que ha-
bet vim privilegii Apostolici, adnot. in cap. 1. de reser.
lib. 6. & cap. Cum persona de privileg. eodem lib. Seraph.
de res. 707. num. 3. certum est enim privilegio Pontificis
posse huiusmodi causas committi Episcopo reculatione
remota, Franc. in cap. Postremo num. 5. de appellat. Tum
quia hæc causas non cognoscit Archiepiscopus ipse, sed
ejus Vicarius, cujus in materia reculationis non est idem
Tribunal atque Episcopi, Archid. in cap. Non putamus nu-
mer. 2. de consuetud. lib. 6. Aut certe in eo non viget
tanta suspitionis causa, quanta in Episcopo, ad quem com-
modum vel incommodum spectat, cap. Biduum, vers. Pa-
lam cum concordant. 2. quest. 6.



DE ELECTIONE.

Cælestinus III.

CAPUT XIV.

Cum terra, quæ funiculus hæreditatis Domini censebatur: & infra. Sicut ex
quarundam litterarum tenore accepimus, quidam in electionibus prævæ con-
suetudinis morbus irrepit: ut cum alicujus Prælati electio debet celebrari,
conventus ad quem pertinere dignoscitur, duas personas nominet latenter auribus Pa-
triarchæ vel Principis exprimentas, ut sic alterius eligendæ vel totius electionis
penitus irritandæ, idem Patriarcha vel Princeps plenariam habeat facultatem. Quia
igitur hoc redundat in gravamen & perniciem Ecclesiasticæ libertatis, præscriptam
consuetudinis pravitate, sancimus penitus abolendam: Statuentes ut forma elec-
tionis canonice in omnibus Conventualibus Ecclesiis observetur; videlicet ut cum
debet Ecclesiæ consuli Pastoris regimine destitutæ, electores in unum locum (in
quo fuerit electio celebranda) conveniant & invocata Spiritus sancti gratiâ, per-
sonam nominent. Quod si in persona fuerit vel in electionis modo peccatum, tam-
diu in electione diligentem inquisitionis apponant, donec vacanti Ecclesiæ de per-
sona idonea valeant providere; Quo facto, non prohibemus quin regis, seu Patriar-
chæ, qui pro tempore fuerit, requiratur assensus: sed propter hoc ipsam electio-
nem nolumus impediri.

SUMMARIUM.

- 1 Electio debet esse in libertate eligentium, nec valet con-
traria consuetudo.
- 2 Collegium habet intentionem fundatam super jure eligendi
Prælatum in collegiata Ecclesia.
- 3 Patriarchalis dignitas est major quacunque mandata digni-
tate.
- 4 Patriarchales Sedes an præferantur Presbiteris Cardina-
libus.
- 5 Patriarchæ sunt redacti ad instar Regum, quia multas
regunt Provincias.
- 6 Consuetudo contra libertatem Ecclesiasticam non valet.
Etenim sit immemorabilis.
- 7 Consuetudo, secundum quam electio non est in libertate

- eligentium, sed pendet ex arbitrio tertii sive Eccl-
siastici, sive laici, extirpanda est.
- 9 Eligendi jus spirituale est, & non cadit in laicum.
- 10 Consuetudo, per quam in totum tollitur electio, vali-
da est.
- 11 Secus si libertas eligendi remanente electione in totum
tollatur.
- 12 Consuetudo, per quam detrahitur substantia actus, ipse
actus remanente, non tenet.
- 13 Eligere est unum ex pluribus capere.
- 14 Electio si sit facienda de certo gremio, & ibi non sit nisi
unus idoneus, ille est eligendus.
- 15 Casus eventituri non sunt computandi.

Nota primò ibi Conventus ad quem pertinere dignoscitur.
Collegium de jure communi habere intentionem fundatam
super jure eligendi Prælatum in Collegiata Ecclesia, Ber-
nard. hic post casum, Host. n. 2. concordat cap. 1. & ibi
dixi n. 1. 4. & 13. supra eod.
Secundò nota ibi, Patriarchæ, vel Principis. Dignitatem
Patriarchalem esse majorem quacunque mundana dignita-
te, seu potentatu, arguendo ab ordine litteræ, prout ar-
guit glossa magna in Clement. unic. in ver. Prædictiores de pa-
risina, Item gloss. in c. final. in ver. Prædictiores de pa-

244 tis lib. 6. gloss. in c. Quorundam de elect. in ver. Prædicatorum, eod. li. b. & ibi Gemin. in 4. vers. gloss. super v. Prædic. & Franc. n. 4. Abb. in c. Nicolao in princip. de de appell. & in c. Sedes n. 5. de rescript. Quo argumento Petr. à Monte in sua Monarchia Concil. in 5. quæst. n. 2. putavit quatuor Sedes Patriarchales de jure præferendas esse Presbiteris Cardinalibus: quia Alexander III. in c. Constitutus, il. primo infra de appell. in suprascriptioe præponit Patriarchatum Grandem Presbitero Card. S. Vitalis, arguendo ut supra ab ordine literæ. in positum tamen est litera hujus c. In fin. ibi, Regis seu Patriarchæ. Ad prædicta vide Bald. in l. 1. §. His canonicis num. 3. ff. De offic. Præf. Prætor. ubi ait, Patriarchas esse reductos ad instar Regum, quia multas regunt Provincias, & sequitur Cassan plura cumulans de dignitate, & auctoritate Patriarchali in Catalogo gloriæ mundi part. 4. considerat 9. Tertio nota, ibi, in gravamen, & servitium Ecclesiasticæ libertatis. Non valere consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam; nam hic textus non restringit se ad casum electionis, sed cum reddat rationem, quæ generalis est, generaliter damnat consuetudinem, quæ tenet in perniciem Ecclesiasticæ libertatis, ut rectè observat Abbas hic in 2. notab. & idem Bernard. post casum nota ex hac Decretali, consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam esse extirpandam. Quinimo cum textus non simpliciter deroget consuetudini, sed eam improbet uti corruptelam, ut patet ibi, Præter consuetudinis morbas irrepit, necnon ibi, Præscriptam consuetudinis gravitatem sancimus penitus abolendam. Hinc sequitur, ut talis consuetudo sit nulla, & impræscriptibilis, etiam si tantum temporis, ut ejus initium non extet memoria. Ex theorica Felin. e. Cum ex officio n. 13. de præscript. Aretini in l. Cum stipulatus sim à Proculo col. 2. ff. De verbor. oblig. & aliorum plurium, quos cumulat Covarr. variis resolut. lib. 3. c. 13. n. 5. vers. Adnotandum tamen erit. Hodie hoc est expeditum ex Bulla Urbani VIII. Romani Pontifex edita 5. Junii 1641. per quam sublata est quæcumque consuetudo præjudicialis libertatis, & immunitati Ecclesiasticæ, etiam si sit immemorabilis, & cum ea concurrat forma privilegii, ut plenè scripsi in c. 1. n. 59. & 74. supra de consuetud.

Ecclesiasticus five laicus, prout erat hic Patriarcha, vel Principes. Respectu principis hoc est indubitatum ex alio capite, nempe quia jus eligendi spirituale est, & non cadit in laicum, cap. Sacrosancti, & ibi Glossa in ver. Laicum, & cap. Massana infra eodem, cap. Determinas de judiciis; respectu verò Patriarchæ, ratio decisionis est, quia licet valeat consuetudo, per quam in totum tollitur electio, c. 2. infra de rescript. sfoliat. & cap. ult. Ne Sede vacante. Non tamen valet consuetudo, per quam libertas eligendi remanente electione, in totum tollitur, ut bene hic per J. Andr. n. 4. non enim valet consuetudo, per quam detrahitur substantiæ actus ipso actu remanente; & quia eligere est unum ex pluribus capere, introduci non potest consuetudo ut sit electio, & non sit in libertate eligentis, quia sic remaneret electio sine illius substantia, quod repugnat secundum Abbatem hic n. 1. Neque obstat, quod si electores ex consuetudine teneantur eligere de certo loco, & ibi non sit nisi unus idoneus necesse habeant illum eligere, & sic tollatur libertas eligendi remanente electione c. Cum dilectus supra de consuetud. & c. Abbatem infra de verb. signific. Quoniam, ut respondet Joan. Andr. hic n. 4. vers. Sed opposites. Hoc non facit consuetudo, sed casus, sicut contingeret, si reliquis vita functis non superesset nisi unus vel si Ecclesia esset privilegiata, ut de illius gremio deberet fieri electio, & non esset nisi unus idoneus. Tales enim eventus casus non computamus, l. Julianus, ff. Qui, & à quibus e. final. de homicid. cum concord.



DE ELECTIONE.

Innocentius III. in Capitulo Pennen.

CAPUT XVII.

Qualiter post obitum: & infra. Verum quoniam electus à vobis, ante confirmationem administrationi Episcopatus se irreverenter immiscuit, recipiendo tam à Clericis, quam à Laicis juramenta, non attendentes quod secundum Apostolum, nemo debet sibi honorem assumere, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron, præcipue quia nec donum scientiæ Pontifici conveniens fuerat assecutus. Postquam nobis præsentastis eundem: sufficienti examinatione præmissa, electionem de ipso factam duximus irritandam, quidquid ex ea, & ob eam factum est, denunciante penitus non tenere.

SUMMARIUM.

- 1 Electus, si non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus electio cassari debet.
- 2 Electus non potest se ingerere administrationi Prælati ante obtentam confirmationem, nec valet contraria consuetudo.
- 3 Electus an possit permittere se installari ante confirmationem, & n. seq.
- 4 Promoti, vel etiam confirmati ad Cathedralis, vel Regulares Ecclesias non debent per Ecclesiam recipi tanquam Prælati, nisi litteras promotionis, vel confirmationis ostendant.
- 5 Promoti in Consistorio ante ostensam Bullam non possunt

quidquam de bonis Ecclesiæ administrare, etiam si habeat certissimum nuntium suæ promotionis. Et contraveniens, aut litteras suæ promotionis expedit, est ipso jure privatus n. 7. vers. Tu verb. Litteræ non sunt de substantia gratiæ, sed probationis. Gratia ante confessionem litterarum est informis, & imperfecta. Scientia conveniens sufficit in Episcopo. Electus qui ante confirmationem per se, vel per aliam administrat in spiritualibus, vel temporalibus, eo ipso privatus est jure in electione quæsto. Sive administrat æconomatibus, vel procuratoris nomine, aut alio quæsto colore sive tanquam electus. Fallit in electo in concordia extra Italiam.

Qualiter

Qualiter si electus non habet sufficientem scientiam, vel ante confirmationem administrat, ejus electio cassari debet. Hoc dicit Joan. Andr. Bald. Bellam. But. Card. Anchar. Imol. Ab. & Joan. de Anan. Primo ponit decem exordium. Secundo, factum narrat, ibi, Vexum. Tertio, electionem cassat, ibi, Postquam. Nota primo, ibi Ante confirmationem, electum non posse se ingerere administrationi Prælati ante obtentam confirmationem; ut hic est casus: nec valet contraria consuetudo, cap. Cum venerabilis, supra de consuet. nisi forte in casu, ut per Oldrad. conf. 9. incipit. Postquam sine præjudicio, n. 4. post medium, vers. Item proponi, & fultus dicam in cap. nihil, infra eodem, & ponderanda illud verbum, Administrationi, per quod patet non esse prohibitam installationem. Unde si electus permitteret se installari, id est, in stallis & sede ponit, cap. Ut nostrum, infra, de offic. Archid. cap. post electionem, circa medium, de concess. præbend. gloss. 1. in cap. Ne Dei, d. Simon. Per hoc non incidere in poenam hujus decretalis: Tum quia per hunc actum non administrat bona Prælati: Tum quia ita se habet generalis consuetudo, de qua restantur sic Innocentius, & Compellit. ambo in prin. Host. num. 5. vers. Quid si permiserit installari. Joan. Andr. n. 3. Abb. in 3. not. vers. Quid si autem electus, & alii committunt. Sed hodie in hoc servari debet dispositio extravag. Bonifacii VIII. Injunctis, de elect. quia cautum est ut promoti vel etiam confirmati ad Cathedralis vel Regulares Ecclesias non modò non debeant se immiscere administrationi Prælati; sed nec per Ecclesiam recipi tanquam Prælati nisi litteras promotionis vel confirmationis ostendant, alioquin recipientes, & recepti incidant in poenam ibi statutas, prout hic advertunt Joan. Andr. n. 2. Cardin. n. 2. & plenè alii. Quod secundum Imol. num. 3. forte indudatum fuit, ut citius procurarent habere litteras Papales de Curia, de quibus alias non curassent. Unde pronuntiat per Papam in Consistorio, ut moris est, quamvis habeat certissimum nuntium de hujusmodi pronuntiatione: tamen minime potest aliquid administrare de bonis Episcopatus ante ostensas litteras suæ promotionis, ut hic per Abbatem in primo notab. Nam est litteræ non sint de substantia gratiæ, quia post pronuntiationem, seu provisionem illi est verus Prælati: tamen sunt de substantia probationis, ut notat Archid. & Joan. Andr. in primo sexti Bald. in l. Humanum, C. de legib. Abb. hic n. 1. Gem. conf. 106. Super dicto dubio n. 6. ubi de fisco Curie attestatur Seraphin. decis. 775. n. 2. Verrall. 175. numer. 2. parte 2. Nam litteris non concessis gratia est informis & imperfecta, Rota decis. 20. numer. 5. de concessione præbendæ in novissim. Mohedan. decisioe 28. numer. 3. de renunc.

1. pag. 405. decrevit, ut de cætero promoti auctoritate Apostolica ad Cathedralis, vel Regulares Ecclesias, infra annum à die provisionis computandum teneantur litteras expeditæ sub pena privationis eademdem Ecclesiæ, & omnia jura ex provisionibus prædictis quomodolibet eis acquisita, quæ negligerent incurere voluit eo ipso, earumque sic vacantium dispositionem Sedi Apostolicæ reservavit: & interim absque litteris provisionis in forma sub eadem potestate in illarum regimine, & administratione in spiritualibus, vel temporalibus, nullatenus se ingerere presument. Quomobrem pena privationis statuta contra electos administrantes ante obtentam confirmationem hodie locum habet etiam in provillis, qui administrant litteris non expeditis, aut infra annum illas non expediunt. Secundo nota, ibi, donum scientiæ Pontifici conveniens. Satis est ut in Episcopo sit scientia conveniens, ut ex hac littera deducit gloss. in ver. Conveniens, & patet in c. cum olim, infra eod. dicit Bald. in c. Nisi cum pridem, n. 7. infra de renunc. In Episcopo requiritur scientia civitatis, tam si tolerat scientia competens, ut ibi dicitur in §. Pro defecto, sed nihil sciens etiam Episcopus sit, debet deponi. Simile in lege. Sed & reprobari, ff. De excusat. tut. Qualis scientia in Episcopo desideretur tam de Jure Communi, quam ex Concilio Tridentino, constitucionibus Apostolicis, & decretis consistorialibus, scripsi latissime in prædicta Decretali Nisi cum pridem, d. num. 58. usque ad num. 70. ubi etiam vide, num. 61. de laudabili institutione examinandi promovendos ad Cathedralis Ecclesias in præsentia Summi Pontificis. Ultimo nota, ibi, Duximus irritandam, hoc jure inspecto electum, qui se immiscuit administrationi Prælati ante confirmationem, non esse ipso jure privatum jure sibi quæsito ex electione, sed privandum per sententiam. Dixi hoc jure inspecto, quia per jura textu secus dicendum est, ut cap. Avaritia infra eod. lib. 6. ubi electus ante confirmationem administrans per se, vel per alium, in totum, vel in partem in spiritualibus, vel temporalibus sub quocumque colore ipso jure privatus est jure ex electione quæsto. Et quamvis nonnulli sentiant illam Decretalem habere locum in eo tantum casu, in quo electus administrat sub æconomatibus, vel procuratoris nomine, aut alio quæsto colore; ut verba sonant; & jus antiquum, de quo hic, remanere incoercibile in eo, qui administrat tanquam electus. Et hæc opinio placet Joan. Andr. in d. c. Avaritia, in gloss. ordinaria, in ver. Privatus, ut sic videtur correctio juris, c. Cum expeditur, eod. tit. & lib. tamen Gasias tenent esse privatum ipso jure etiam administrat tanquam electus. Et hoc est verius, ut dicit illa gloss. & sequitur Abb. hic num. 4. dicens hanc opinionem esse communioris & verioris. Limita hunc textum in electis in concordia extra Italiam, qui ob Ecclesiæ necessitatem dispensative administrant ante obtentam confirmationem, ut ex text. in c. Nihil, vers. Ita quod infra eod. ut ibi plenè scripsi in ult. notab.



DE ELECTIONE.

Idem Innocentius III. Prænestino Episcopo Apostolica Sedis Legato

CAPUT XXII.

Dudum ad audientiam nostram questione perlata, quod vacante præpositura Colocenn. Ecclesiæ, in duo se vota eligentium divisissent: causam iudicibus duximus commitendam; & infra. Ipsi verò partes ad suam præsentiam convocaverunt, receperunt testes, examinauerunt eligentium conscientias, audiderunt allegationes utrinque. Et quoniam præpositus sancti Georgii, eorum sententiæ se assensu nolle stare, processum ad Sedem Apostolicam destinavit: & infra. Cumque nuntii præpositi sanctorum Apostolorum statuto termino ad præsentiam nostram accessissent, præpositus sancti Georgii, nec venit nec pro se misit idoneum responsalem; & infra. Gestis igitur iudicum diligenter inspectis, invenimus quod pro præposito sanctorum Apostolorum auctoritas, pro præposito verò sancti Georgii numerus eligentium faciebat, cum primus à quatuordecim tum personis, tum Canonici, qui alios dignitate, ætate, & tempore præcedebant, secundus verò à viginti quatuor fuisset electus; & infra. Cum autem allegationes pro eodem præposito sancti Georgii

Fagnan. in l. Lib. Decretal.

Q 3

gii coram iudicibus ipsis proposita, nobis non fuerint presentata, propter quod non potuimus scire per nos, quid obiceret vel quid responderit ad objecta, sicque causa remissa non fuit sufficienter instructa, ad definitivam sententiam non duximus procedendum, sed decisionem causae ipsius iudicibus commissimus sub hac forma, ut si vel notorium esset, vel per ea quae iam dicta erant, constaret, quod praepositus sancti Georgii electionis tempore pateretur vel in ordinibus, vel in scientia, vel in aetate defectum, qui eum iuxta Canonum sanctiones impediret ad huiusmodi officium promovendi, ei (non obstante ipsius absentia corporali) silentium imponentes, praeposito sanctorum Apostolorum praepositorum adjudicarent eandem; alioquin (cum in eum non solum plures, sed duae penes partes conveniret & impedimentis cessantibus appareat, quod cum bono zelo elegerint) praepositi sanctorum Apostolorum electione cassata electionem confirmarent ipsius & ei facerent tanquam praeposito responderi.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficia plura curata obtinent sine dispensatione Papa ineligibilis est tam ad Cathedralis Ecclesias, quam ad minora beneficia, & num. seqq.
2 Canonum violatores deiciuntur tam ab obtentis, quam ab obtinendis.
3 Beneficia plura detinent incurrit infamiam Canonice.
4 Item avaritiae, cupiditatis vitium.
5 Item committit furtum cum sacrilegio.
6 Par sacrilegus furtum comparatur.
7 Furtum proprie non committitur in re immobili, aut incorporali.
8 Possessor mala fidei respectu fructuum beneficii, an dicatur proprie furtum committere.
9 Furtum non committitur rei quae caret domino, ut hereditatis iacentis.
10 Ecclesiarum bona nunquam vacant, sed sunt de dominio & patrimonio Christi.
11 Et dicuntur ab Ecclesia possideri.
12 Possessionum usus admittitur etiam in spiritualibus.
13 Dispensare non potest Episcopus ad duo curata, vel ad dignitatem cum Parochiali ob praerogativam meritorum & num. seqq.
14 Et quid ob utilitatem, vel necessitatem Ecclesiae, & num. seqq. usque ad num. 30.
15 Dispensare non potest Episcopus contra Canonem Concilii etiam ex causa utilitatis, vel necessitatis Ecclesiae.
16 Nec contra Canonem non Conciliarem referentium Summo Pontifici dispensationem.
17 Dispensatio ad plura curata ob praerogativam meritorum fit principaliter propter bonum publicum, & n. 28.
18 Papa solus dispensat ad plura curata etiam propter causam utilem, vel necessitatem Ecclesiae.
19 Cap. Sanctorum 70. dist. an fuerit indistincte correctum per c. De multa, de prob. & numer. 28.
20 Abbatibus distinctio inter dispensationem ad plura curata, quae fit principaliter ob praerogativam meritorum & secundario ob utilitatem Ecclesiarum, respicitur & num. seqq. usque ad numer. 30.
21 Dispensatio ad plura curata necessario includit dispensationem super residentia in alterutro ipsorum.
22 Papa quomodo intelligatur dispensare super residentia in Ecclesiis curatis, quae est de iure divino.
23 Dispensare in praescriptis divinis non potest, nisi Deus

- vel is, cui Deus ipse commisit.
24 Papa dispensare potest ad duo curata declarando Jus Divinum ob aliquam circumstantiam in illo casu ad personalem residentiam non obligare.
25 Dispensatio Papa ad plura curata talem causam requirit, ut Jus divinum in casu illo verè ad residentiam non obliget.
26 Residentes tenentur iure divino in beneficiis curatis personam quantumcumque illustres, & literatas.
27 Cardinalis Capetani investitur in sublimis personas, quae mania pastoralia per se non obtinet, sed alteri delegant.
28 Intellectus c. De multa, de prob. & num. seqq. Dispensatoris principale obiectum debet esse Ecclesiae utilitas, vel necessitas, non autem praerogativa personae, ibidem.
29 Dispensatio super retentione plurium Ecclesiarum in Germania quam ob causam concedi solet.
30 Beneficia duo curata, quorum unum dependet ab alio possunt simul retineri absque dispensatione.
31 Beneficium annexum amittit nomen beneficii, & induit naturam beneficii, cui unitur & sit illius praedictum.
32 Et impetrari non potest, quia non vocat.
33 Annata non solvunt de beneficiis iuris.
34 Beneficium unum curatum obtinere in titulum, & aliud in commendam non est prohibendum de Iure Communium.
35 Secus ex Concilio Tridentino.
36 Cathedralis, vel Metropolitanus plures in titulum, sua commendam nemo potest recipere, & simul retinere.
37 Cathedralis unum in titulum obtinens an possit commendari altera non obstante Concilio Tridentino in c. 2. sess. 7.
38 Commenda nostri temporis magis participant de collatione & vero titulo, quam de deposito simpliciter.
39 Commendatarii olim obtinent in titulum, an possit habere aliam in commendam ad tempus, vel esse illius Procurator.
40 Intellectus re relatio, & de leg. 21. quae 1.
41 Parochialem unum in titulum & aliam in commendam obtinent auctoritate ordinarii ac simul retinent, utraque privatus existit & numeris sequentibus.
42 Commende de Iure communi non inducunt incompatibilitatem, sed post Concilium Tridentinum.
43 Commenda ad sex menses in Beneficiis curatis quae fieri poterant ab Ordinariis, post Concilium Tridentinum locum non habent, sed deputari debent Vicariis.

Sanctorum 70. dist. capite Quia nonnulli, infra de Clericis non residentibus; & Canonum violatores deiciuntur, tam ab obtentis quam ab obtinendis, capite Violatores 25. quae 1. cap. 2. infra de major. & obed. Item firmat Spouli. tit. 2. §. Videndum circa finem, vers. Sed nunquid habens; Burr. hic num. 17. & Joannes de Anan. in principio, qui testatur ita communiter teneri. Hodie hoc est clarum, quia per Extravagantes Everabilis, §. Qui verò deinceps, non dimittunt primum est inhabilis ad Sacros Ordines & Beneficia. Secundo nota, in vers. Unde eum in eodem Concilio, deinde plura Beneficia minus canonice in multis viciis incidere. Primum enim incurrit transgressionem notam, quia Jus praevincatur; & sic notam, sed est infamia; & sic videtur infamia secundum Abbatem hinc num. 5. ad hoc cap. infamem 6. quae 1. §. saltem infamia Canonica de qua vide per eundem in capite Testimonium de testib. Et autem peccatum sustinere infamiam in Dignitate, capite Primum 25. dist. Compositel. hic num. 1. 2. Secundo incurrit avaritiae & cupiditatis vitium, ut hic & capite Cum jam dudum, ibi Ambitionis & avaritiae vitium; & in capite Quia in tantum in principio infra de proben. & d. c. Quia nonnulli, Concilium Tridentinum cap. 17. ibi, in-

Udum, ille secundo. Habens plures Dignitates vel plura Beneficia curata sine dispensatione Papa ineligibilis est. Hoc dicit quoad titulum; habet enim plura dicta quae ad electionem non pertinent; Hostiensis dividit in septem partes, Joannes de Anan. in octo; sed Egidius de post eum Joannes Andreas & reliqui dividunt in tres. In prima ponuntur narrationes partium coram Papa. In secunda ibi: Nos igitur, commissio causae & processus Iudicium. In tertia ibi: licet autem, processus Papae. Nota primo: id quod dictum est in Summario, videlicet quem reddi ineligibilem esse pluralitate Dignitatum vel Beneficiorum curam animarum habentium. Quod absque dubio verum est ad Cathedralis & alias majores Ecclesias, ut hic est casus. Quo vero ad minora Beneficia, puta Archidiaconatum, Decanatum, Canoniarum & similia: quidam dicunt pluralem non esse ineligibilem, ut hic refert Compositel. num. 20. quia hoc non reperitur iure curatum; & quia major perfectio requiritur in Episcopo, qui sicut honore: ita & merito alios excellere debet, capite viliissimus 1. quae 1. capite Cum in canonicis supra eodem. Sed contrarium determinat ipse Compositel. quia talis violator est Canonum, capite

probe cupiditatis affectu, sess. 24. cupidi autem ab Apostolo promoventur prohibentur 1. ad Timoth. 3. 47. distinct. in Summa Tertio committit furtum, ut in littera ibi, rem contraclavit alienam & sic furtum committit quodam modo, vel rapinam: Simile in capite Non furen, 7. quae 1. Imò nec simplex furtum committit secundum Abbatem, num. 5. sed cum sacrilegio; nam amico quidquam capere furtum est: Ecclesiam scilicet sacrilegium est, dicit textus in capite Gloria Episcopi 12. quae 1. 2. & potest dici furtum peculatus, quod committitur in re sacra, vel Religiosa vel publica, ut in l. 1. ff. Ad l. Jul. pecul. & est gravius. Nam sic delinquens Iudex comparatur in capite Quid ergo 23. quae 4. Improprie tamen hoc casu dicitur furtum committi, ut dicit glossa hic in verbo Furtum in fine, quia proprie furtum non committitur in re immobili, ut in §. Quia autem, insit. de usufruct. nec de re incorporata sicut est Beneficium, ut l. Servus, §. Incorporatus ff. De acquir. rer. domin. & propterea textus caute videtur dictione illa quodammodo, quae est impropria; nam proprie res huiusmodi dicuntur invadi; & ita exponitur littera in d. c. Non furen nec latronem, id est invaloram: & sequuntur Host. num. 6. in ver. Furtum, num. 10. in ver. Rapinam. Burr. num. 11. in 10. notab. & Abb. num. 19. Ceterum hoc dictum procedit tantum respectu corporis beneficii & iurium ad illud pertinentium, non autem respectu fructuum, quos percipit male fidei possessor, quia in his committitur verè furtum, ut l. Si arborea, ff. De condit. in deb. l. si quis nec causam, §. fin. ff. si cert. l. si quis uxori, §. cum creditor, ff. De usufr. & l. Infamiam, ff. De furtis, not. Cyn. in l. Antilla, c. de fure. & Barr. in l. sequitur, §. Fruus, ff. De usufruct. & in propof. tenent hic Bald. num. 5. Burr. num. 22. Abb. num. 19. & Joan. de Anan. num. 2. Nec obstat, quod Host. num. 8. in ver. Quodammodo, hoc casu committit furtum proprie, eo quod furtum fieri non possit rei, quae caret domino, ut l. Falsus, §. Qui alienum, ff. De furtis. Et sicut iacente hereditate non fit furtum rei hereditariae, l. 2. ff. de crimin. expul. hereditat. ita de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, Ecclesia ipsa vacante. Id inquam non obstat: nam multum interest inter bona hereditaria iacentis & Ecclesiae vacantis; quia bona Ecclesiarum nunquam vacant, sed sunt in Dominio Christi, de cujus patrimonio esse dicuntur, ut in c. cum ex co, de elect. lib. 6. Extravag. Sakator, in princ. ibi, Parochium Crucifigi, de proben. inter communes. Praeterea quod Ecclesia ipsa dicitur res suas possidere, ut not. Innocent. in cap. Litteris, de resit. spoliat. Unde merito Hostiensis opinionem reellit Abb. hic n. 19. Tertio nota, in vers. Licet autem, usum positionum admitti etiam in spiritualibus: nam hic facte fuerunt super pluralitate beneficiorum secundum Abb. n. 7. in 8. notab. Nec refert quod possessiones super eisdem non admittantur quia pluralitas non est semper crimen, cum interdum nitatur dispensatione Apostolica, ut hic & in c. De multa, in fine de proben. cum concordant. Quid autem fit positio, unde originem duxerit, & de illius materia vide glossam magnam & magistrum in c. 1. & ibi per Archid. & DD. de consue. lib. 6. & per Innoc. & Bald. hic. Dixi late in c. Unico, infra de lit. contes. Quarto nota, in vers. Nos igitur, Episcopum non posse dispensare ut quis in titulum habeat plura beneficia curam animarum habentia, vel dignitatem cum Parochiali, concordat textus in c. De multa, in fine de proben. Et quantum glossa in d. cap. Sanctorum in ver. In duabus 70. dist. & glossa in Extravag. Everabilis in ver. Dispensatio, tenet ob praerogativam quidem meritorum solum Papam posse dispensare & ita loqui praedictam Decretalem, De multa. Sed ob utilitatem, vel necessitatem Ecclesiae dispensare posse etiam Episcopum; idemque sentiant in d. c. De multa. Host. Petr. de Samp. & Abb. Antiq. & in d. c. Sanctorum, Archid. & Praepos. tamen ut notatur in eodem c. Sanctorum, in fine gloss. praallez. illa glossa nihil valet, quia post Concilium generale in d. c. De multa, solus Papa dispensat. Et probatur evidenter in hoc cap. Nam in vers. Verum, pro electo allegabatur concessio, seu dispensatio Episcopi ad plura beneficia curata; & tamen Papa non ex defectu causae, sed ex defectu potestatis Episcopi praedictam executionem uti frivolum non admittit & electionem cassari mandavit, nisi ille offenderet secum super hoc per sedem Apostolicam dispensatum. Praeterea prohibito obtinendis plura beneficia curata est Concilii generalis, nempe Concilii Lateranensis sub Alexandro III. in c. Quia nonnulli, de clericis non resid. & aliter Lateranensis sub Innocentio III. in d. c. De multa, & Concilii Tridentini in c. 4. sess. 6. Episcopi autem contra Canonem Generalis Concilii etiam ex causa utilitatis, vel necessitatis Ecclesiae dispensare non possunt. Extravag. Sancta Romana, §. Qui autem, de relig. domib. & ibi not. gloss. in ver. Con-

clit; Cleo. 2. de elect. gloss. in c. cum dilectis, in ver. In aetate eod. tit. quam sequitur, & dicit esse veram Burr. ibi num. 13. & Abb. num. 10. & probavit lausimè in c. In d. num. 11. usque in finem, infra de fil. Presbiter, cum praesertim hoc casu Concilia non simpliciter prohibeant retentionem plurium curatorum, sed etiam dicant per sedem Apostolicam dispensari, ut in d. cap. De multa. Quinimo dispensationem Episcopi esse irritam ut hic, tunc enim conveniunt omnes antiqui & moderni Doctores Episcopum dispensare non posse contra Canonem etiam non conciliarem, c. Nuper de sent. excommun. Doctores in c. At si clericus, §. De adultariis, ubi in specie Burr. num. 17. vers. conclude totam, & Abb. n. 5. vers. si verò est Canon parialis, infra de iudic. Innocent. Hostiens. & omnes in cap. Dilectus, & ibi dist. de tempor. ordinat. Neque verò constituta est differentia, ut dicit gloss. praallez. an dispensatio fiat ob praerogativam meritorum, an ob Ecclesiae utilitatem. Nam dispensatio quae fit propter praerogativam personae, fit principaliter propter bonum publicum, & hoc dicit c. De multa, in fine, ibi, circa litteras personas, &c. Nam magis prodest Ecclesiae bonus & literatus, quam deum Ministri illorati, ut inquit Joan. de Ligan. in Clem. Gratia de rescript. qui propterea detestatur praedictam distinctionem glossae & tenet indistincte etiam propter causam utilem, vel necessitatem Ecclesiae solum Papam posse dispensare. Idem tenet Tancred. & glossa hic in ver. Per concessionem, quae concludit, c. Sanctorum 70. dist. quod indulgebat Episcopus dispensationem, fuisse correctum per Decretalem, De multa, prout etiam tenet Bartholom. Brivium, in d. c. Sanctorum, gloss. in cap. Litteras, in ver. Vacare noscatur, de concess. praeb. gloss. in c. Ordinaris, in ver. Sui beneficii, de offic. ordinar. lib. 6. gloss. in c. 1. in ver. Absque dispensatione, quam ibi sequuntur Gemin. num. 23. & Franc. n. 7. de consue. cod. lib. Felin. in c. At si clericus, §. De adultariis, n. 5. de iudic. Mill. in report. vers. dispensare non potest legatus de latere super pluralitate Mandol. de signatura grat. tit. de dispens. ad plura, vers. Iam loquimur, & Rota decis. 4. de off. legat. in novis, alid. 286. Et est communis opinio, ut testatur Abb. in c. Exterritanda §. Qui verò, num. 38. vers. Primo casu, de proben. & Andreas Gambara in tract. de off. legat. §. legatus de latere, lib. 5. in tit. An legatus possit plura beneficia non conferre, quam etiam servat Curia Romana, ut Hostiensis fatetur, prout illum refert Abb. d. num. 38. vers. Tamam fecerat Hostiensis, & in d. c. De multa, num. 19. De quo sicut testatur etiam Joan. Andr. Rebuff. & Quintin. in d. c. De multa, num. 11. & Villagudo de legat. num. 81. quae 14. Nec placet distinctio Abbatis in d. c. Qui verò, num. 38. vers. & pro tanto, & Alphonsi Hojeda in tract. de benef. incompatib. par. 2. c. 12. num. 18. videlicet quod aut dispensatio conceditur principaliter propter praerogativam personarum; & secundario tamen propter bonum publicum spirituale, videlicet Ecclesiae generalis, ut quia clericus est persona literata, vel potens, & secundum eius qualitates non potest commode vivere ex redditibus unius Ecclesiae; tamen ille habeat duas potestades prodest Ecclesiae particulari, & generali, defendendo iura, Ecclesiam consulendo; & sic principaliter fit ob respectum personae, ut habeat reditus plurimum Ecclesiarum, & hoc primo casu fit correctus textus in d. c. Sanctorum, 70. dist. & habeat locum textus in d. c. De multa, ut non dispense nisi Papa. Aut verò conceditur dispensatio principaliter propter utilitatem Ecclesiarum, nulla habita ratione an persona sit literata, vel potens, & hoc secundo casu d. c. Sanctorum, remaneat incorruptum & Episcopus dispensare possit sic prius. Haec inquam distinctio non placet; confitero enim Clericum non posse simul retinere duo beneficia curata, quia desinat personaliter residere, & per seipsum inservire in alterutro ipsorum cum nemo possit seipsum dividere, & eodem tempore in duabus Parochiis corporaliter adesse & curam gerere per seipsum, c. Quia nonnulli, & c. Relatum, de cler. non resident. Host. in c. Exterritanda n. 15. & c. 16. vers. & etiam est alia ratio, de prob. & Bald. hic n. 38. Personalis autem residentia in beneficiis curam animarum habentibus est ex precepto divinis, ut in decreto Concilii Tridentini c. 1. sess. 23. & est Theologorum sententia communis, & vera, ut latissime probavi in c. Ex parte, il. 1. à numer. 20. usque ad num. 74. infra de Cler. non resident. Dispensatio verò super iure divino dupliciter accipitur secundum Richar. de Media Villa in 4. sent. dist. 38. q. 9. art. 1. & Card. in c. cum ad monasterium, §. Abbat num. 16. infra de statu Monach. Uno modo prout est iuris relaxatio, ut notatur in §. Nistrigior. 1. q. 7. Et hoc modo contra ius divinum non dispensat Ecclesia, c. Sanctorum, 25. q. 1. Ratio est secundum D. Thomam in 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3. quia ad Legem divinam ita se habet quilibet homo, sicut persona privata ad legem publicam, cui subijcitur. Unde sicut in lege humana publica non potest dispensare nisi ille, à quo

lex auctoritatem habet, vel is cui ipse commiserit: ita in preceptis juris divini, c. In omni, de testib. & notat glossa unica, in d. c. Sunt quidam, dicens Papam dispensare in Evangelio, interpretando ipsum, c. Licet, in fine, de testib. Quinimo Turcozem, in eod. c. Sunt quidam, numer. 2. in fine, dicit illam glossam non esse veram. Quia, inquit, interpretatio obsequitur & obsequi debet Evangelio: aliter non esset interpretatio, sed corruptio. Interpretari quippe Evangelium ad sensum bonum & Catholicum non contradicendo veritati fidei & Scripturæ sanctæ, hoc licet Summo Pontifici; sed per hoc non dispensat in Evangelio, ut aliud dicit, quàm Dominus, & Evangelium dicit. Hæc illo: & scripti plenius in cap. cum pridem, n. num. 77. usque ad num. 86. infra de Pat. Unde cum Romanus Pontifex imperitum dispensationem super retentione duorum beneficiorum curam animarum habentium & consequenter super residentia alterius, non dispensat propriè, nec jus relaxat, sed tantummodò interpretatur jus divinum ob aliquam circumstantiam in illo speciali casu ad personalem residentiam non obligare, ut declarat Cajetan. in 2. 2. q. 185. art. 5. Soto de iust. & iur. lib. 10. q. 3. art. 1. Covarr. variat. resol. lib. 3. cap. 13. n. 9. vers. Fator enim. Et ex mente D. Thomæ quod lib. 9. art. 15. ut dixi plenius in d. c. Ex parte, num. 36. & seqq. Oportet igitur in dispensatione, quam concedit Papa super pluralitate beneficiorum huiusmodi talem causam subesse, ut jus divinum in casu illo verbè non obliget: alioquin non esset juris divini declaratio, sed relaxatio; cum de natura declarationis sit, ut in lit. legi declarata, & ab illa essentialiter non differat, ut plene notavi in cap. fin. supra, de constit. & sic non esset dispensatio, sed dispensatio secundum Joan. de ligno in Clem. Gratia de refer. ubi concludit posse Papam dispensare generaliter, ut unus habeat plura curata: totum tamen, ut ipse ait, debet referri ad cultum divinum; aliter si non habita relatione ad bonum publicum, non foret dispensator, sed dissipator: & sequitur Abb. in d. cap. Ex parte, §. Qui verò, num. 29. vers. Totum tamen, & num. 49. vers. Alia conclusio, de prob.

At certum est jus divinum non eximere illud, & litteratas personas à residentia, & munit pastoribus in beneficiis curatis: nam ut formaliter inquit Cajetan. in 2. 2. d. q. 185. art. 5. vers. Ad secundum argumentum: Nemo illustrior illò qui Pontifex assistens futurorum bonorum introivit semel in Sancta, qui de scripto dicit: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare: Non accipet vir illustris Episcopatum, si non vult pastorale officium exercere: sibi ipsi imparet illustris qui accepit Episcopatum, & exequatur quod promissit: servat Deo & Ecclesie fidem; carum se recognoscit, si nomen, potentiam, honorem, ac divitias Episcopatus tenet in persona sua, officium autem alteri delegat; quoniam priora omnia sua data sunt persone, ut habeat simul cum illis personale officium Episcopi. Hæc ille. Et hac de causa Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 23. declarat etiam S. Romanæ Ecclesie Cardinales teneri ad personalem in suis Ecclesiis, vel Diocesis residentiam: & in d. c. 2. sess. 7. prohibet ne quis plures Metropolitanas, vel Cathedrales Ecclesias recipere, & simul retinere præsumat quacunque dignitate, gradu aut præminencia præfulgeat. Ergo cum preceptum divinum æquè obstringat ad personalem residentiam in Ecclesiis Curatis sublimis, ac litteratas personas, atque alios quoscunque; dispensatio Apostolica ad plures Curatas, & sic super residentia alterius, si imiteretur principaliter prerogative personæ, non esset juris divini declaratio, prout esse debet, sed potius relaxatio.

Quapropter cum Summus Pontifex dispensat ad plura curata, primariò intueti, & contemplari debet utilitatem Ecclesie, & bonum commune. Et hoc innuit Decretalis De multa, in fine, que non dicit cum sublimibus & litteratis personis simpliciter & absolute posse per Sedem Apostolicam dispensari; sed addit conditionem illam, si ratio postulaverit; innuens per hoc ita demùm licitam esse dispensationem, si principaliter id exigat Ecclesie utilitas; hoc enim semper esse debet principale obiectum fidelis & prudentis dispensatoris, ut docet S. Thomas in 1. 2. q. 97. art. 4. Ad hoc Concilium Tridentinum sess. 25. c. 18. vers. Quod si argens, iustaque ratio, & major quandoque utilitas postulerint cum aliquibus dispensandum esse, &c. Sic videmus in Germania cum sublimibus personis non raro dispensari super retentione plurium Episcopatum, non quidem principaliter ut ex illorum fructibus se alere possint; sed ut Catholicam Religionem expulsi hæretibus consilio, opibus, auctoritate factam rectam tueantur. Et hac ratione Princeps Elector Colonienis ad præsens obtinet Archiepiscopatum Colonie & Episcopatus Leodien. Moutieriensem, Paderbornensem, & Hildesheimensem. Cum igitur Concilium generale in d. c. De multa, propter præceptum divini juris necessarium sit intelligendum in hoc speciali casu, quando dispensatio ad plura curata conceditur sublimibus & litteratis personis principaliter ob utilitatem Ecclesiarum; & tamen dicat

posse per Sedem Apostolicam dispensari; consequens est, ut propter eandem Ecclesiarum utilitatem dispensare non possint Episcopi; & sic adempta illi fuerit potestas, quam super hoc habebant ad iure communi ex d. c. Sanctorum, 70. distinet. aliter enim expressio illa de Sede Apostolica, nisi intelligeretur ad exclusionem Episcoporum, fuisset nugatoria, cum de Papa nullus dubitet quin possit dispensare, prout etiam observat. Abb. in d. c. Ex parte, §. Qui verò, n. 38. in fine. Et per hanc considerationem iuris divini, ad quod DD. non adveniant, puto expeditam esse dispensationem ad plura beneficia curam animarum habentia etiam principaliter propter bonum Ecclesiarum, non ad Episcopos, sed ad solum Romanum Pontificem pertinere. Ultimo nota, in ver. cum nullus, duos casus, in quibus de iure communi potest clericus obtinere duo beneficia curata. Primus est, cum unus dependet ab altero, ut hic & in c. Eam te, de atat. & qualit. in d. c. Ex parte, §. Qui verò, de prob. & in c. Super eo, eod. tit. lib. 6. ubi deciditur non esse necessariam dispensationem ut quis obtineat personatum cum cura & præbendam, cui sit annexa Parochialis Ecclesia, cum hoc non obviet Concilio generali, idque ratione communitatis, ut inquit Holt. in d. c. Ex parte, n. num. 16. Et qua secundum Bald. hic num. 34. unus & idem videtur quod dividi non potest, ut l. si ex duobus, ff. De legat. 2. & l. quidam Eulogio, C. De iur. delictorum. Nam beneficium annexum annuit non beneficii & induit naturam beneficii cui unitur, & sic illius prædium. Rota decis. 370. alias 1. de reb. Eccles. non alien. in antiquis. Oldrad. conf. 257. Factum tale est, num. 25. vers. Panalata igitur, Cassad. decis. 2. num. 2. de unius Caput quoniam, de. 349. par. 3. & idem imperatari non potest; Boer. dec. 345. in princ. Card. Seraph. decis. 1098. num. 6. Ratio est, quia non vacat per obitum obtinentis. Oldrad. d. conf. 257. n. 20. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Unione, num. 12. & tit. de Vicariis perpetuis, num. 18. Sarnen. in reg. de triennali q. 8. Rota dec. 114. num. 5. par. 2. divers. Et inde est, ut de beneficiis unis non solvatur annata, cum in eis impossibile sit dare vacationem, Seraphin. decis. 1410. num. 18.

Secundus casus, in quo potest clericus obtinere duo beneficia curata, est, cum unus obtinet in titulum, & aliud in commendam. Et de hoc est textus expressus hic in eod. vers. cum nullus, ibi: vel unam intulatum & alteram commendatam haberet: concordat c. Qui plures, & c. Relatio, & c. seqq. 21. q. 1. Quid autem sit titulus late explicat gloss. hic in ver. Intitulatum. Et de his commendis habet plenam glossam in c. Nemo, in ver. commendare, & c. per DD. de elect. lib. 6. & per Holt. hic, & Innoc. in c. si constituerit, infra de elec. Et de his vide quod scripsi in c. 1. de Castell. Monach.

Hodie ex decreto Concilii Tridentini in c. 4. sess. 7. nemini licet plura curata, vel alia incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendam perpetuam, aut alio quocunque nomine & titulo, contra formam sacrorum Canonum & præcipue contra c. De multa, de prob. recipere ac simul retinere. Et decreto cap. 2. eiusdem sess. Similiter statuitur, ut nemo plures Metropolitanas, seu Cathedrales Ecclesias in titulum, vel commendam, aut alio quovis nomine contra sacrorum Canonum instituta recipere & simul retinere præsumat.

Stante hoc decreto, quæro, an habenti unam Cathedrali in titulum possit commendari altera.

Propositâ hac controversia in sacra Congregatione Concilii, aliqui ex Patribus dicebant posse, quia antiqui Canones permittentes ut uni possent duæ Ecclesie una in titulum, & altera in commendam conferri, cap. Qui plures, cap. Relatio, & cap. sequent. 21. quest. 1. capite. Dudum, il. 2. ubi gloss. in ver. Intitulatum, in fine de elect. & notat gloss. in c. Eam te, de atat. & qualit. non sunt immutari per decretum Concilii in d. cap. 2. sess. 7. & intelligebant litteram ibi in titulum sive commendam, ut nemo possit obtinere plures intitulatas vel plures commendatas Ecclesias pro quibus vide Joannem Franciscum Pavium in tractatu de officio & potestate Capitul. S. de vocante, quest. 3. parte 2. col. 4. Alii contra afferunt per antiquas rationes & regulas, quibus cavetur neminem duabus Ecclesiis præfici posse, capite Clericum 21. quest. 1. ex Concilio Calcedonensi cap. 10. cap. Clericus, eadem causa & questione ex Nicæno secundo, cap. 15. & cap. Unio 10. questione 3. ex Toletano 16. cap. 4. & c. Sanctorum 70. dist. 1. & c. Quia nonnulli de Clericis non residentibus: liberè denegari hæc commendam, eò quòd singula Ecclesiastica Jura Officia, singulis quibuscunque personis sint committenda, capite Singula 89. dist. Et odiosa fuit apud veteres plurium sacerdotiorum ambitiosa cupiditas; neque semel in Generalibus Conciliis damnata, ut testatur Concilium Colonienis sub Hermanno, anno 1536. in titulo de mun. Episcop. cap. 32. Nitebantur etiam verbis Concilii in d. c. 2. quibus expressè prohibetur pluralitas, sive in titulum

titulum sit sive in commendam; cum valde censetur felix cui unam Ecclesiam bene regere contingerit. Ex quibus verbis elicitur mens Concilii volentis auferre pluralitatem que per viam commendæ inoleverat id quod clarius probant per textum c. 27. sess. 24. quo cavetur non posse aliquem retinere nec obtinere duo beneficia que personalem residentiam requirant, ne unus Officia sibi vendicat plurimorum; & id habere locum non solum in Cathedralibus; sed etiam in omnibus aliis beneficiis quibuscunque tituli & qualitatibus: etiam si commendata existant. His addebant, quòd considerando rationem finalem huius textus que est multiplex iuxta enumerationem quam facit Rebuff. in praxi, in titulo de dispensatione ad plura per tot. fol. 280. ita prohibita est pluralitas plurium titulorum, sicut unius tituli & unius commendæ. Præsertim cum hodie commende que sunt perpetuæ & cum facultate percipiendi fructus & eos convertendi in usus proprios, magis participant de collatione et vero titulo quam de deposito simplici, ut testatur Gomez in regula Idiomati, questione 5. num. 4. & commende que sunt etiam addit commendas que per Canones & antiquos Doctores permittebantur, habuisse naturam depositi; ideoque Commendatarii non faciebant fructus suos, ut aperte colligitur ex Epistola 13. lib. 2. D. Gregorii. Et illo tempore sicut non fuerunt cognite nec etiam fuissent permisse commende nostrorum temporum, que habentur pro vero titulo; & sic respondebant ad d. c. Qui plures cum sequentibus 21. questione 1. & ad argumenta contraria de quibus per Staphil. de grat. extractat. forma. 7. num. 4. paginâ 18. & Gomez in reg. de triennali q. 8. questione 5. num. 6. & ita fuit conclusum. Hæc de commendis perpetuis.

An autem obtinens unam Ecclesiam Cathedrali in titulum possit habere aliam in commendam ad tempus, vel esse illius Procurator iuxta præscriptum, capite Cum nobis olim supra eodem. Arbitror posse nec tali casu dispensari contra Decretum Concilii, d. c. 2. sessione 7. non enim prohiberi potest quod ex necessitate sit & ad tempus & non ad commodum recipientis: quod Concilium abhorret. Et ita capite Relatio & cap. seqq. 21. quest. 1. remanent in suo robore in terminis in quibus loquuntur, id est cum quis obtinet unam Ecclesiam in titulum & aliam in commendam ad tempus; de temporali enim commenda loquuntur prædicta Jura, non autem de perpetua: ut incaute scripsit Navarr. cons. 9. incip. An dispensatio, num. 2. de prob. cum eo tempore commende perpetuæ non essent cognite: ut dictum est supra. Quod ergo

non mutatur hec, Lege Sancimus, eod. de testamentis, lege Præcipimus in fine, C. de appellatione, cap. Cum expedit de elect. lib. 6.

Quid in Parochialibus? Episcopus Palentinus consueverat commendare Parochiales in sua Diocesi; & cum unam commendasset Rectori alterius Parochialis: dubitavit is Rector, an sibi eas retinere liceret; vel potius utrique privatus, existeret iuxta, capite quarto, sessione septima Concilii Tridentini.

Hæc verba sunt adnotata in libris publicis Sacre Congregationis Concilii ad d. c. 4. sess. 7. manu Cardinalis Garzie ejusdem Congregationis Prælecti, videlicet: quavis de iure communi commenda non inducat incompatibilitatem, capite Dudum ille 2. de elect. Ideoque ante Concilium habens Beneficium curatum in commendam, possit aliud in titulum obtinere absque Dispensatione Apostolica. Rebuff. de pacif. possess. tamen secus post Concilium, sessione 7. cap. 4. Imò commenda ad sex menses in Ecclesiis curatis que fieri poterant ab Ordinariis, capite Nemo de elect. in 6. amplius post Concilium locum non habent, cum debeant in eis deputari Vicarij ad formam, capite 18. sessione 24. ut sacra Congregatio censuit: unde Orator qui utrumque Beneficium retinuit post Concilium, utroque privatus exiit: etiam vigore, d. c. 4. sessione 7. nec præsentia consuetudo contra dictum Decretum exculare valet.

Rursum ex consuetudine antiqua Parochiales quedam Mansionarie Bergomen. Diocesis ab Ordinario commendari solebant ad sex menses Sacerdotibus per vicinos presentari. His tamen sex mensibus elapsis nunquam vel raro Rector ipse prerogationem vel novam provisionem petebat; sed vigore primæ expeditionis ad sui ipsius vel hominum libitum in ipso munerè curæ pertinebat. Dubitatum est an huiusmodi commende ad sex menses in Ecclesiis curatis amplius locum habeant post Concilium Tridentinum; vel potius ex eodem Concilio debeant deputari Vicarij amovibiles. Sacra Congregatio respondit locum non habere; sed in eis servandam esse formam præscriptam à Decreto Concilii, capite 18. sessione 24. Si tamen vicini illi legitime probarent Jus Patronatus validum, prout Concilium requirit, sessione 25. cap. 9. permittendum illis presentare institutos, prævio tamen examine ex d. c. 18. sed denegandum expressè illi facultatem semel institutos amovendi ad eorum nutum.

DE ELECTIONE.

Idem Innocentius III. Clericis Sanctæ Agatæ.

CAPUT XXIV.

Querelam, quam G. tituli sancti Vitalis Presbiter Cardinalis per œconomum Ecclesie vestræ, cujus idem Cardinalis est gubernator, contra P. presbiterum Ecclesie sancti Salvatoris super Ecclesia ipsa proposuit, C. Papa prædecessor noster nobis in minori officio constitutus, audiendam commisit. Petebat igitur œconomus, præfatum P. ab Ecclesia sancti Salvatoris (quam in præjudicium vestræ Ecclesie, ac injuriam Cardinalis prædicti occupare præsumperat) removeri: cum ipsa Ecclesia pertineat ad Ecclesiam sanctæ Agatæ pleno jure; petens pensionem sexdecim denariorum Papienn. debitam Ecclesie sanctæ Agatæ, pro eadem Ecclesia de Thermis sibi restitui, de novo subtractam. Prædictus verò P. respondebat, quòd ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in præjudicium Ecclesie vestræ receperat dictam Ecclesiam, cum hæc ad illum nullo jure pertineat, nec aliquam sibi debeat reddere pensionem, sed ipse per electionem populi ad quem de antiqua consuetudine pertinet electio, à Cardinali sanctæ Sufannæ (cui eadem Ecclesia tanquam Capella suo titulo in spiritualibus est subiecta) canonicè fuerat institutus: & infra. Nos igitur rationibus utriusque partis auditis, dictum P. ab imputatione œconomi vestri super electione ac institutione de se facta in Ecclesia sancti Salvatoris absolvimus, & super his præfato œconomo silentium duximus imponendum: cum nobis confiteretur, quòd populus in quasi possessione præsentandi clericum existeret, quando ipsum presbiterum ad illam elegit: & Ecclesia eadem spectat ad titulum sanctæ Sufannæ in spiritualibus pleno jure, salva questione super

ni autem beneficiorum, quare illas similiter expressisset in precedenti veri. In iis vero personis si comprehendere voluisset, c. 2. §. Sed neque, vers. Unde si circa, infra de translat. Episcop. l. un. §. Sin autem ad deficientes, C. de caduc. toll. una enim pars legis declarat aliam, l. Utrum ff. De pet. hered. cum similibus.

Quarto, Multum faveat huic sententia quod si dominus temporalis haberet jus patronatus commune cum Ecclesia, utique ob mixturam Ecclesie id jus non conferretur ex usurpatione acquiritur, ut iam conf. Sacra Congregatio in causa Pampilon. in iure patronatus mixto universitatis, & privatorum, & tenet supra n. 10. Ergo similiter cum patronatus de quo agitur, Ecclesie competat, est etiam Dominus Ecclesie, qui illius nomine presentat, sit etiam Dominus temporalis, tamen quia in eodem subiecto concurrunt qualitas potentie, quae presumptionem usurpationis inducit & qualitas Ecclesiastica, quae eandem presumptionem excludit certe patronus affici non debet durius illa probatione, quae requiritur in potentibus; quia in hac qualitate mixtura applicatio fieri debet illi extremo, per quod excluditur usurpacio, cum idem magis faveat patronati. Feder. de Sen. cons. 63. n. 2. Joan. de Selv. de benef. par. 1. quass. 3. n. 4. Put. decis. 157. lib. 3. Covarr. lib. 2. pract. q. c. 37. n. 5. vers. Tertio opponitur, & aliis rationibus, & auctoritatibus adductis in decisione. ejusdem cause Pampilonen. Sicut in simili quamvis in Universitate existit Concilium in potentibus, Mant. decis. 253. tamen aliud est si universitas sit Ecclesiastica, puta Collegium, seu Capitulum Cathedralis Ecclesie. Rota dec. 798. n. 4. par. 1. divers.

Quinto, Persona Ecclesiastica praeficitur de Jure communi Jus patronatus spatio annorum quadraginta, cum tamen in Laico requiratur tempus immemorabile propter illius incapacitatem, ut tradit Abbas in capite Causam post princip. col. 2. de praescript. & late probat Lambert. lib. 1. part. 1. quass. 10. art. 5. num. 41. & sub num. 47. vers. Limita secundo; & eodem modo, cum Patronatus transferretur in Ecclesiasticum, non requiritur Episcopi consensus, sicuti requiritur cum transferretur in Laicum, capite unico de Jure Patronatus, lib. 6. Rota, decisione 404. Fuit dubitatum, aliis 9. de Jure Patronatus in novis & Abbas in capite Illud, eodem titulo ubi assentit id communiter tenet. Unde cum facilius de Jure communi acquiratur Jus Patronatus ab Ecclesia vel persona

Ecclesiastica quam a Laico: non est absurdum ut etiam Concilium Tridentinum quod recipit interpretationem passivam a Jure communi: ampliores probationes exegerit in Patronatu Laicali potentis quam Praelati Ecclesiastici, l. 2. Cod. De vocat. l. Juris Gentium, §. Si paciscar. ff. de pactis, & junctis Lege, Transfigere ubi glossa magna, Codice de transactionibus.

Præsertim quia non est ita onerosum Ecclesie esse sub servitute Patronatus Ecclesiastici, sicut laicalis; nam in Ecclesia Patronatus Ecclesiastici Pontifex habet liberam collationem in membris reservatis. Quamvis enim nonnunquam ejusmodi Abbatie commendentur Cardinalibus qui habent indultum in omnibus membris: id tamen est per accidens, non autem ex natura hujus Patronatus. Cassad. decisio 4. num. 11. de probationibus & decisione ultimâ, numero ultimo de Jure Patronatus.

Rarius Legatus de latere habet facultatem illi derogandi, capite Cum dilectus de Jure Patronatus & in Parochialibus Patronatus Ecclesiastici, requiritur forma examinis per concursum a Concilio praescripta, cap. 18. ff. 24. quae omnia secus se habent in Beneficiis Patronatus Laicorum, ut notatur in d. c. Cum dilectus.

Quibus accedit, quod cum tempore Gregorij actum esset in Sacra Congregatione Concilii de egedna Constitutione declaratoria peritorum, in quibus ob suspicionem usurpationis exigitur exactor probato a Concilio praescripta: manu Cardinalis Carafe est adnotatum, non esse faciendam mentionem in Constitutione de Ecclesiasticis, qui tanquam Ecclesiastici possident loca ubi Ecclesia temporalium habet Jurisdictionem; cum nunquam in mentem alicujus cadat; ut in his usurpacio praesumatur nec unquam de illis Rota locuta fuerit.

Ultimo, hac interpretatione minus laeditur Jus commune secundum quod fuit immemorabilis consuetudo etiam in potentibus, Verâ. decisio 128. quae incipit: Jus Patronatus in magnis Dominis, magis faveat Patronatu ob probationis facilitatem: quod magno modo attenditur in perquirenda natura & qualitate Juris Patronatus, secundum Federicum de Senis dicto consilio 65. num. 2. Joannes de Selva & Covarruvias loco citato. Ad demum excluditur delictum & praesumptio iniquitatis adversus Ecclesiam: quod considerat Puteus, decisio 58. Quia in causa, num. 7. lib. 1. & ita censuit Sacra Congregatio.



DE ELECTIONE.

Idem Innocentius III. Priori Sancti Frigidiani G. & G. Canonice Lucanensis.

CAPUT XXVII.

Cum causam, quae inter Bonum presbiterum & Brunum Canonicum sancti Petri Lucanenn. vertitur, super eo quodd dictus presbiter Bonus, a majori parte Canonicorum ejusdem Ecclesiae (praedicto B. & quodam alio contradicentibus) in priorem, sicut dicitur, est electus, olim vobis duximus committendam: & infra. Quamvis autem multi priores continuè unus post alium, in ipsa Ecclesia per multa, & longa tempora fuerint non professi: quia tamen praefatus presbiter B. non est professus oblervantiam regularem, dubitatis (& merito) nobis procedere inconsultis. Quia igitur non debemus attendere solummodo quid factum sit, sed potius quid sit faciendum: Consultationi vestrae taliter respondemus: quod cum secundum legem divinam non sit in bove arandum, & asino: nec quisquam debeat vestem induere de lana linoque contextam: irriteris electionem praedictam & compellatis praefatum presbiterum aliosque clericos non professos, ut vel beati Augustini regulam in eadem Ecclesia constitutam profiteantur & servent, aut ipsam Ecclesiam omnino dimittant.

SUMMARIUM.

- 1 Electio de non professis ad regimen Ecclesiae regularis castatur consuetudine non obstante.
- 2 Consuetudo longeva, licet irrationalis, inducit probabilem dubitationem.
- 3 Nisi sit contra jus naturale, vel divinum, num. 4.
- 4 Sententia contra jus lata in vim consuetudinis irrationalis valet ipso jure, licet sit retractanda.
- 5 Factum non attenditur, sed potius quid fieri debeat.
- 6 Consuetudo mala est radicibus extirpanda.
- 7 Facta contra jus habentur pro non factis & qua de facto processerunt de facto retractari debent.
- 8 Homines diversae professionis non sunt in eodem officio sociandi, si associantur ita ut sint unus corpus; secus si tanquam singuli, n. 10.
- 9 Deuteronomij auctoritas, non arabis in bove simul & asino, exponitur.
- 10 Ad beneficia regularia non professus assumi non potest ad Abbatias, Prioratus, vel administrationem Ecclesiae regularis & numer. 34. & ad hoc requiritur expressa professio, nec sufficit tacita, numer. 13.
- 11 Aliis irrita est professio, n. 14. & 34.
- 12 Nec valet contraria consuetudo, n. 25.
- 13 Et ordinarii inferiores non possunt Abbatias & beneficia administrationem habentia conferre nisi professis, n. 38.
- 14 Et in provisionibus, quas faciunt non professi, non est apponendum decretum.
- 15 Ex nunc prout ex tunc & postquam, &c. n. 39.
- 16 Et nulla est professio de dignitate regulari facta Clerico seculari ab Archiepiscopo Casaransano cum decreto, ut infra annum habitum suscipere & professionem emittere teneatur, n. 40.
- 17 Reges Hispaniarum in vim indultu Adriani VI. praestantur non possunt personas seculares ad praefecturas regulares.
- 18 Regularis eligi non potest ad Praetoriam: seu administrationem suam, vel alterius Religionis, nisi sit expressè professus, aliis irrita est electio & numer. 34.
- 19 Clericus secularis praefici non potest regularibus, sed Regularis Clericus potest praefici secularibus: & quae

fit ratio differentia.

16 Regularis an possit fieri Canonicus in Ecclesia seculari.

17 Episcopus praefici potest regimini Ecclesiae Regularis, licet sit Clericus secularis & n. seqq. usque ad n. 23.

18 Et dicitur Episcopus, & Abbas & Monachus immediatè praefici, eoque ad professionem recipit.

19 Et Monachi debent illi obedientiam quam debent Abbati.

20 Papa aliquando gerit personam Regis.

21 Episcopus sanctior praesumitur quolibet Monacho, vel Abbate.

22 Et Religione debet omnibus praeminere.

23 Consuetudine induci non potest ut Clericus secularis praeficiatur regimini Ecclesiae regularis.

24 Habilitas non est praescriptibilis.

25 Praesertim contra jus divinum & rationem naturalem.

26 Clericus secularis non potest esse Clericus in Monasterio.

27 Si habeat jus in participatione spiritualium; sed si simpliciter recipiatur ad officium & numer. 39.

28 Clericus secularis non potest esse Canonicus, seu praesentatus in Ecclesia regulari.

30 Et quid si praesentatus non faciat Collegium cum Regularibus & n. 32.

31 Et quid post Concilium Tridentinum.

32 Regulares intrantes religionem collapsam non excusantur à mortali culpa si regulam, quam professi sunt, ad unquam non servent.

34 Beneficia regularia administrationem habentia conferri non possunt nisi religiosi ejusdem ordinis expressè professi, reliqua vero conferri possunt etiam Clericis secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere teneantur.

35 Intellectus hujus capituli.

36 Tridentinum Concilium cap. 10. sess. 24. expenditur.

37 Intellectus Clement. 1. de supplend. negl. Praelat.

41 Provisus de beneficio regulari, cujus status fuit immutatus, non tenetur habitum regularem suscipere, vel professionem emittere.

42 Beneficiis regularibus collatio facta seculari clerico tanquam de beneficio seculari non valet.

43 Consuetudo an valeat contra jus commune.

ibi Joan. Andr. & Doctores, ut lite pendente notatur in l. 1. §. Nunciatio, ff. de novi oper. nunciat. & in cap. Primat. in gloss. in ver. Retractandum 2. q. 1. & per Bald. in l. Si pacto quo panam, in princ. C. de Pact. facit quod notatur in c. arguta, 2. q. 6. & in c. Frater noster 16. q. 1. facta enim contra jus habentur pro non factis, c. Imperiali, 25. q. 2. & l. Non dubium, C. de legib. De hoc plene in c. Quae contra jus, de reg. jur. lib. 6.

Tertio nota, homines disparis professionis non esse in uno officio sociandos: nam verba illa Deuteroc. 22. hic posita, videlicet, Non arabis in bove simul & asino, ita exponuntur in c. In noan, 16. q. 7. vel, ut inquit Baldus hic in principio, in bove & asino, id est forti & debili; quia quam male inaequales veniunt ad aratra juveni: & per bovem significatur professus, id est fortis; per alinum significatur non professus & inexpertus vite aeternae. Ad idem text. in c. Presbiteros, 16. q. 1. & in Clement. 1. de elect. & notat gloss. hic in ver. Per multa, Hohenf. num. 6. in ver. Arandum, Anton. de Butr. num. 10. & Imol. num. 1. Qui tamen num. 4. hoc intelligit & bene, si homines disparis professionis associantur ad unum officium, ita ut sint unus corpus; secus, si tanquam singuli, ut in c. Joannes, de testam. ubi Clericus & laicus associantur in executione testamenti, de quo ibi per Joan. Andr. in 3. opposit. & in c. Per tuas, de arbit. ubi unus Clericus & duo laici associantur in compromisso de causa spirituali. Rursum hoc intelligit, ut dixi in c. Non magnopere, ne Cler. vel Monach. in quass. An Doctor in seculo semel admittus in Collegium Doctorum utriusque Juris, si postea Religionem capacem honorum in communi profiteatur, ex sui Superioris licentia eidem Collegio interesse & in eo suffragari valeat, & n. 3. usque in fin. & praesertim n. 26. & 27.

Quarto nota, non professum assumi non posse ad regimen Ecclesiae regularis, ut hic & in c. Nemo, 16. q. 1. & in cap. Pervenit, ibi. 2. 18. q. 2. Idque sive assumatur per viam electionis, ut de Abbate cavetur in c. Presbiteros, 16. q. 1. in c. cum ad nostram, & c. cum in Magistrum, infra eod. de Abbatibus, in c. Quia ingredientibus, infra de testam. & in decreto Concilii Tridentini cap. 7. sess. 25. de regular. Et de Priore est casus hic, sive per viam collationis, ut in Clem. Ne in agro, §. Sanè Prioratus, de stat. Monach. & Clem. un. de supplend. negl. Praelat. sive

per vim cuiusvis alterius provisionis, ut probatur in *e. cum de beneficiis, de prob. lib. 6.* ubi si mandatur provideri Clerico seculari de aliquo prioratu, ex multa non potest de prioratu, qui per Religiosos est solitus gubernari: & tenet Abbas in dicto capite, *Cum in Magistrum in secundo notabili.*

Unde infertur ut Reges Hispaniarum, quibus Adrianus VI. dicitur concessisse jus prevalendi in suis regnis Abbates & alios Praefectos Collegiarum secularium & regularium sicut Consistorialium, presentare non possint personas seculares ad praefecturas regulares, ut observat Navarr. *Comment. 3. de regul. in princ. num. 2.* & post eum Nicolaus Garzia in *tract. de benefic. par. 7. c. 10. num. 14.*

Ad hoc autem ut quis praefici possit regimini Ecclesiae regularis requiritur expressa professio, nec sufficit tacita: nam enim Goffredus dixerit eum, qui portavit habitum regularem per annum, ex hoc intelligi tacite professum iuxta *e. ex parte, de regul. & valore electionem de illo, qui non est professus expressis, dummodo sit professus tacite: hoc tamen non servat Curia, ut hic testatur Abbas Antiq. n. 2. subdens se vidisse ob hanc causam fuisse cassatam Lugduni ab Innocentio quandam electionem, & se credere hoc iuriter esse verum, ut innuit Innocentius in illa decretali ex parte. *Quia, inquit, in professione datur benedictio, & certum quid ordinis et confertur, ut ex forma professionis habetur. Idem docuit Hostiens. in d. cap. cum in Magistrum num. 8. in ver. Non fuerunt infra eodem, ubi ait, non professum ineligibilem esse quantumvisque morum in Monasterio traxerit sine professione expressa. Hodie hoc est expeditum in *e. Nullus, infra eod. lib. 6.* ubi statuitur ut nullus religiosus ad Abbatiam, seu praebendam suam, vel aliam Religionis de cetero eligatur, nisi antea fuerit ordinem regularem expressis professus, alius iuris sit electio. Quod capitulum extenditur ad priores, & ad alias administrationes in Clement. *Ne in agro, §. San. Prioratus, de stat. Monachor. quo textu corrigi opinio Aggidi in d. cap. cum in Magistrum, assertantis ad temporales administrationes posse assumi non professos, cum illi sint quali Castaldi: & idem dicit de lucis; sed utrumque reprobat in d. §. San. ut notat Joan. Andr. in praedicta decretali. Cum in Magistrum, num. 3. Card. ibidem n. 2. vers. Quarto an non professus, & Anchar. in 2. notab.***

Quod si queratur cur Clerici seculares non possint praefici regularibus; & contra regularis praefici possint secularibus, ut *e. 1. & 2. diffini. de cap. 1. 18. ff. de solut. Vincen. titus hic, & post eum Abbas Antiquus num. 3.* Quia quilibet regularis est intrinsecus in regula clericali, non est contra ut notatur in *e. Officiis, infra eod. & in idem recidit ratio quam assignat glossa additionalis in *e. cum ad nostram in ver. Monachus, infra eod. Quia, inquit, Monachus clericus est, sed non convertitur: propterea quilibet Monachus in clericali officio videtur instructus, sed clericus secularis non in Monachali. Sed hodie an hoc sit verum, ut scilicet regularis sit capax beneficii secularis, dixi in *cap. Quod Dei timorem, infra de stat. Monach. ubi plane videtur. Hostiens. hic n. 7.* tenet regularem non posse fieri Canonicum in Ecclesia seculari, arg. *e. ultimus, de relig. domib. nec oblat. e. ad audientiam, infra de Electis, ad hunc, qui continet indulgentiam specialem. Facit secundum eum quod notatur in *cap. In Ecclesia de institut.****

Regula superius firmata num. 11. fallit in Episcopo, qui potest praefici regimini Ecclesiae regularis, licet sit Clericus secularis, ut patet in *e. causam qua, infra de Iuris. & in cap. 1. Ne sede vacante, ubi Episcopus erat secularis, licet uterque locus esset regularis. Idemque videmus in Ecclesiis Pampilonen. Vintonien. & in aliis compluribus, in quibus ratione Episcopalis ordinis & officii est Episcopus, sed Abbas dicitur; tum quia Monachus immediate praesit & ab eis eligitur & Monachos ad professionem recipit quod est Abbat. ut in *Authen. de Sanctiss. Episcop. §. Sabemus, cap. Porrethum, & cap. ad Apostolicam, de Regular. tum quia Monachi debent illi obedientiam, quam debent Abbati, c. Non dicatis, 12. quass. 2. unus enim quandoque gerit personam duorum ratione diversi officii quod exercet: licet Papa qui aliquando gerit personam regis, ut *e. Licet, de foro competent. ita Bernardus Compellanus hic num. 1.* nec secundum cum oblat hae decretalis & alia jura, quae dicunt secularem, si non professum non posse in Abbatem assumi, quoniam hoc contingit propter excellentiam & utilitatem dignitatis Episcopalis, *e. ante omnia, 40. disti. cum enim Episcopus non solum Monachis, quibus immediate praesit, cap. Pervenit 16. quass. 1. e. Abbas, & quatuor c. seqq. 18. q. 2.* Sed etiam omnibus aliis iux civitatis & Dioecesis sit valde utilis; propter hoc & quia Episcopus sanctior praesumitur quolibet Monacho, vel Abbate, Sancti Patres approbaverunt ut secularis Episcopus praesent Monachis immediate si ad utrumque officium idoneus inveniretur. Idem firmat Abbas Antiquus hic num. 4. & 5. dicens hoc esse speciale**

in Episcopo, quia cum praesent debeat & secularibus & regularibus, propterea hoc fuit toleratum in eo; & quia religio debet omnibus praesentere, ut *cap. Ex multa, in princ. infra de voto. Hodie hae fallentes est approbata in *e. Nullus, vers. ad dignitatem, & ibi notat gloss. fin. & Doctores infra eodem lib. 6. Abbas Siculus hic n. 6. & alii communiter.**

Quinto nota, ut Clericus secularis assumatur ad regimen Ecclesiae regularis: non posse induci consuetudine, ut hic est casus; quia est irrationabilis fere contra bonos mores & contra Jus, ut capite *Nemo & capite Presbiteros 16. quass. 1. cap. Pervenit, ille 2. cap. Abbatem & cap. Quam sit 18. quassione 2. & idem non observanda, capite Illa 12. disti. & cap. Cum venerabilis supra de consuetudine & hic notant glossae in verbo Irritatis. Innocent. in principio. Hostiensis, num. 1. Butrus, num. 7. in 6. notab. Card. num. 2. in 2. notab. & Abbas num. 6. vers. Et nota quod non potest ex consuetudine introducti.*

Sexto nota, habitatem non posse praefici: id est, ut inhabilis ad aliquod Officium reddatur habitus propter longam consuetudinem seu diuturnam observantiam, ut hic per Anchar. num. 4. & Joannes de Anan. num. 2. praefertim si inhabilitas sit contra Legem Divinam & rationem naturalem, secundum Abbatem, num. 6.

Septimo, nota ibi aliquos Clericos non professos: nullum Clericum secularem posse esse Clericum in Monasterio secundum Innocentium, num. 2. in verbo Dimittant, Baldum eodem numero & Butrum num. 13. in 11. notab. quod tamen limitat & intelligit Innocentius verum esse si habeat jus in participatione spiritualium, sicut est habere vocem in electione Prioris & hujusmodi. Unde insert Hostiensis num. 7. ut secularis non possit esse Canonicus in Ecclesia regulari, quia nec Praebendarius ut in capite *Ea qua, §. Praecipuus infra de statu Monachorum;* & notatur in capite *Deus qui, de vita & honestate Clericorum;* & nota hujusmodi Clericos esse cogendos aut professionem emittere (intellige si hoc placeat Monasterio, secundum Innocentium, num. 1. in verbo Professantur, ad hoc caput *Ad Apostolicam, infra de regular.;* aut Monasterium dimittere, ut hic dicitur in fine: quod similiter intelligi quando lapsus est annus: & non est facta professio, ut in *Clem. eos de regular. secundum Imolam hic num. 2.* Ad hoc Concilium Tridentinum in capite 16. vers. Finito tempore Novitiatu, sessio 25. de regular. secula autem est si tales Clerici jus non habeant in participatione spiritualium; sed simpliciter recipientur ad officium; hoc enim non prohibetur, ut ex mente Innocentii declarat Baldus hic num. 2. per textum in decisione, §. Praecipuus; quinimo tenet ibi Hostiensis, seculares Clericos posse esse praebendatos in Ecclesia regulari: dummodo non faciant Collegium cum regularibus. Haec autem limitatio non videtur adversari Decretum Concilii Tridentini in capite 10. sessio 14. nam est generaliter & indefinitè prohibent non professos habere Beneficia regularia, ut inferius patet: tamen hoc ipsum prohibebat Jus commune, ut hic probatur & in capite *De Beneficio, de praebendis lib. 6.* Unde sicut prohibito Jure communis non oblat qui Clericus secularis possit esse praebendatus in Ecclesia regulari, si nullum habeat jus in participatione spiritualium & non faciat Collegium cum Regularibus, juxta limitationem Innocentii & Hostiensis: ita nec videtur oblat prohibito Concilii. Quandoquidem Lex nova disponens in materia antiqua, sicut facit Concilium: recipere debet omnes limitationes & restrictiones quas materia ab antiquis Legibus recipiebat, *l. In contrahibus §. Praeterit, codice De non numerata pecunia;* adeo ut penidè sit ac si limitationes & restrictiones hujusmodi essent descriptae, incluse & incorporate in Concilio, ut notat Bart. in lege 1. §. Lex Falcidia, ff. Ad Legem Falcidiam: plenè Angelus Arcinus, *con. 36. Videtur num. 18.* & eo magis, quia Concilium in decisione, capite 10. in sua prohibitione utitur eadem ratione ex Deuteronomio delampta, qua utitur textus noster: videlicet ne induant vestem lino lanae contextam: quae ratio importat, ut homines diverse professionis in eodem Officio collegialiter locari non debeant, ut ostensum est supra in 3. notab. num. 8. & 10. & sicut jus non habeant in participatione spiritualium, juxta limitationem Innocentii & ampliationem Hostiensis. Ceterum, in hoc non audeo quidquam firmare: tum quia nihil reperio desumtum; tum quia contra opinionem Hostiensis, quod Clerici seculares dummodo non faciant Collegium cum Regularibus, possint esse praebendatos in Ecclesia regulari: tenet Antonius de Butrio in decisione, capite *Ea qua, §. Praecipuus de statu Monachorum;* & oppositum videtur innuere ille textus secundum Abbatem hic num. 6. vers. Et optime facit: qui etiam ponderat verbo *Omnino hic positum: quod videtur innuere, ut in nullo casu non Professi possint esse praebendatos in regulari Ecclesia.*

Octavo, nota diligenter illam copulam & servent; nam ut formaliter inquit Antonius de Butrio, num. 14. non excen-

secundum verò membrum alternativè referri debet ad beneficia administrationem non habentia, quae confertur solum etiam non professis, qui tamen habitum ejusdem Ordinis suscipere, & professionem emittere teneantur, & in his alternativa vel retinet propriam naturam, quia electionem designat, ut in *e. Cum plures, & ibi gloss. in ver. Forma de officio delegat. lib. 6.* & plenè notatur in *cap. Inter ceteras, supra de rescript. Neque obstat Clement. 1. de supple. negligit. Praelat.* quia cautum est ut Prioratus, Ecclesiae administrationes, & quavis alia beneficia, quae Religiosis committi sunt solita, vel confertur Religiosis ejusdem Ordinis conferantur. Siquidem vel dictio, *alia,* referri debet ad consimilia beneficia, & sic ad Abbatis, Praefecturas, & officia, de quibus loquitur *cap. Cum singulari, §. Prohibemus, de praeb. lib. 6.* ut sic recipiat interpretationem passivam ab hac decretali, juxta text. in *l. 2. c. de noxal. & jurium correctio evitetur, c. Cum expediat, de elect. eodem lib.* Vel certe si referenda sit etiam ad beneficia simplicia, standum erit decreto Concilii Tridentini tanquam posteriori, ex cujus dispositione non requiritur in his beneficiis actualis professio, sed sufficit aptitudo.

Quam distinctionem probavit etiam Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpretans: nam proposito dubio, an praeferat Papam Ordinarii Collatores possint regularia beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta conferre etiam secularibus, qui illius Ordinis habitum omnino suscipere & professionem emittere teneantur. Die 12. Decembris 1583. Sacra Congregatio censuit posse etiam ordinarios collatores portiones monachales, & Canonicas & similia simplicia beneficia Regularibus provideri consueta conferre, nedum ejus Ordinis professis, sed & secularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneantur. Abbatis tamen, & beneficia administrationem habentia non nisi professis juxta Canones per Ordinarios inferiores conferri posse. Item censuit in provisionibus beneficiorum, quas Ordinarii inferiores faciunt non professis, non esse apponendum decretum, *ex nunc prout ex tunc, & postquam, &c.* in solis provisionibus Apostolicis apponi consuetum; sed provisiones faciendas esse purè & simpliciter ad formam Concilii, *cap. 10. sess. 14.* adeo ut habitum suscipere & professionem emittere omnino teneantur; ideoque in Casar-Augustana urbe S. Congreg. censuit non sustineri provisionem Archiepiscopi de Dignitate regulari factam Clerico seculari cum Decreto, ut infra annum habitum omnino suscipere & professionem emittere teneatur. Amplius die 6. Julii 1600. Sacra Congregatio censuit si Beneficium sit seculare: nihil subesse difficultatis ut provisum non teneatur habitum Religiosis suscipere & profiteri. Quod si à principio fuerit regularis & postea immutaverit statim concurrentibus his quae à Jure communi requiruntur ad inducendam hujusmodi mutationem: itidem cogitorem non posse ut habitum Religiosis assumat, in capite *Prostatum.* Quod si Beneficium regulari sit taleque permaneat: collationem oratori qui secularis est tanquam de seculari factam viribus carere.

In glossa in verbo *Irritatis:* nota hanc glossam quae tenet non valere consuetudinem contra Jus commune: moverit per textum hic in verbo *Per multa & longa tempora, ut in vers. Quia igitur:* item per caput *Ad nostram, capite Cùm inter & capite Cùm venerabilis supra de consuetudine, ubi consuetudinis ususque longevi dicitur non esse visus auctoritas; sed non usque adeo, ut aut rationem vincat aut legem. Sed contra signatur textus in lege *De quibus in fine, ff. de Legibus ubi habetur receptum esse ut Leges non solum iustitiae Legislatoris; sed etiam tacito consensu omnium per desertionem abrogentur. Doctores magno per torquentur in conciliatione praedictarum Legum; & septem opinionis recentet glossa magna in dicta lege 2. Tu die breviter, consuetudinem contra Jus commune validam esse si sit rationalis & legitime praescripta, ut in capite finali, *cum ibi notatis de consuetudine & hic notat Imola, num. 4. in glossa 2.* ita ut si sit generalis, vincat legem generaliter, ut in dicta lege *De quibus;* si sit specialis seu localis: vincat eam specialiter in eo loco, ut in dicta lege 2. in principio secundum unam lecturam; & lege *Venditor, §. Si constat, ff. Comm. traditor, lege Sine heredi, §. Latens, ff. De administratione tutoris Scilicet Imperator in fine, ff. De pollicitat.* non autem generaliter in omni loco, ut in fine dicta lege 2. juxta unam lecturam quam dicit verum Bart. ibi in fine, nisi lex procedat ulterius reprobando consuetudinem, ut lege *Eos, §. penultimo, codice De usur. Auth. Gassa, codice De sacrosancta Ecclesia. Auth. Navigia, codice De furis & Auth. Omnes peregrini, codice Comm. de successibus;* & in hoc casu potest intelligi hoc caput & caput *Ad nostram & caput Cùm inter de consuetudine;* & hae in effectu sunt opinio Joannis Azonis, Glossae & Bartoli in dicta lege 2. Potest enim dici in casu hujus Decretalis, consuetudinem non solum esse contra Jus; sed etiam contra bonos mores & propterea non valere, ut capite *Illi 12. disti. de dicto capite Cùm venerabilis de consuetudine;***

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33

